

*Ex del. collegio Friburgae (23 H<sup>o</sup> 16.*

CENTURIAE  
SELECTORUM  
CASUUM CON-  
SCIENTIAE.

I. II. III. *cia*

A V T H O R E  
ADAMO BURGHABER,  
E SOCIETATE JESU,  
IN CELEBERRIMA UNIVERSITATE  
Friburgensi Brisgoiae Ordinatio SS. Theo-  
logiae Professore.


*Editio novissima, & correctior.*



COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud Viduam JOANNIS BUSÆI, Biblio-  
polæ sub Monocerote. Anno 1671.

*Permissu Superiorum, & Privilegio S. C. M.*



*SERENISSIMO S. R. I. PRINCIPI,  
Reverendissimo Prasuli, ac Domino,  
Domino*

**ALBERTO  
SIGISMUNDO  
COMITI PALATINO  
Rheni, Utriusque Bavariae, &  
Superioris Palatinatus Duci,  
Landgravio Leuchtenbergico,  
Episcopo Frisingensium  
&c.**

*Domino meo Clementissimo.*

**C** *Arolus Romanorum Imperator hu-  
jus nominis Quintus, si quam ci-  
vitatem ingressus horologia adver-  
tit inter se sibi, eaque Solis ac diei  
passibus examussum respondere, boni ex eo*

+ 2

*Magi-*

# P R Æ F A T I O

AD LECTOREM.

**A** Nni sunt duodecim, ex quo in disputatio-  
nem publicam dedi Centuriam Casuum  
Conscientiæ, quæ in plurimum deinde  
manus venit, è quibus nonnulli institerunt apud  
me, ut, si plures hujusmodi Centurias haberem cõ-  
cinnatas, prælo subjicerem plurimum utilitati futu-  
ras. Equidem respondi, actum me acturum, cum  
nihil habeam, quod alii viri doctissimi non pridem  
ediderunt & accuratissimè discussissent. Sed hoc  
illi responso non contenti reposuerunt, libros eos  
nec faciliè parabiles, nec omnibus ita commodos es-  
se, tum quòd communibus ferè principiis latè in-  
hæreant explicandis, tum quòd particularia etiam  
fusius atq; operosius tractent, quàm plerumq; Le-  
ctor velit, planam brevemq; casus decisionem desi-  
derans. Cessi igitur, & quos conscripsi casus, in  
tres centurias congesi solum alphabeti ordinem  
à prima cujusq; casus voce, non materiarum ob-  
servans, cum ordo iste materiarum non sit apud o-  
mnes idem, & faciliè in indice reperiri possit, quam-  
cumq; aliquis velit materiam. Vocavi autem cen-  
turias has Casuum Selectorum Conscientiæ,  
quia non fuit animus tractare quosvis, sed eos solū,  
qui ex Theologia Morali frequentius occurrunt  
magisq; desiderantur ritè explanati. Plures his si-  
miles, si Deo placuerit, brevi subjungam, si istos  
non absque fructu in lucem publicam prodisse ad-  
vertero, quibus interea, benevole Lector, frueri.

CENTURIA I.  
 SELECTORVM  
 CASUUM CONSCIENTIÆ.

CASUS I.



*Ægidius ab amico invitatur ad mensam, ubi vinum liberalius haustum ipsi visum obscurat, linguam vincit, pedes infirmit, caput gyrat, memoriã sepelit, mentem in jocos aliaque insolita solvit, & omnia ita perturbat, ut tantum advertentia aliqua inter bonum & malum, turpe & honestum permaneat. Quaritur. Vtrum peccaverit mortaliter?*

Videtur sic peccasse, quia talis passim ab omnibus ebrius habetur; ebrietatem autem ex suo genere esse peccatum mortale, communis est Theologorum sententia.

Resp. *Ægidium non commisisse peccatum mortale ebrietatis. Ita Caiet. Sylvest. Valët. Less. Laym L. 3 f. 4. n. 5. Dicastillo de Iust. L. 1. D. 3 n. 142. Palao de Iust. Tr. 1. D. 3. p. 5. n. 3. & alii. Ratio est, quia ebrietas, quæ sit peccatum mortale, ex communi Theologorum est violenta rationis interceptio per nimium potum voluptatis causã haustum. Atqui si adhuc*